

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 194

**Auteur(s) :** Urbain II [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume Bonne Âme, Rouen (archevêque)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1095, 9 novembre

**Lieu d'émission :** Souvigny

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Urbain II écrit à Guillaume Bonne-Ame, archevêque de Rouen, et à ses suffragants, pour les prier d'aider Odon Ier de Conteville, évêque de Bayeux, à rentrer dans les biens dont son église jouissait avant qu'il ne fût mis en prison par son frère Guillaume le Conquérant, roi d'Angleterre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., t. 1, n° CLXXII, p. 213-214.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 3, p. 55-56.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 5733a, t. 1, p. 696.

Texte établi d'après a

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo fratribus Guillelmo, Rotomagensium metropolitano, et universis Normannorum episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus prudentiam vestram, pro ecclesiarum statu sollicitam, aggregato provinciali concilio statuuisse, Robertum quoque, virum egregium, vestrae provinciae comitem, libenter constitutioni vestrae praeuisse consensum, quatinus ecclesiarum vestrarum res ita semper immobili debeant firmitate consistere, sicut eo tempore consistebant quo nobilis memoriae Guillelmus, Anglorum rex, et idem Normannorum comes, de praesenti saeculo divino est iudicio evocatus. Nos itaque, ejusdem viri probitatem cognoscentes, quia et erga Romanam Ecclesiam plurimum devotus, et erga suae potestatis ecclesias benignus liberalisque permansit, communis fratris et coepiscopi Baiocensis deprecationibus exorati, constitutionem hanc vestram nostrae auctoritatis assertionem firmamus. Quia vero Baiocensis ecclesia bonorum suorum plurima tunc temporis perdidit, cum supradictus civitatis ipsius episcopus a germano suo, quem superius nominavimus, Anglorum rege captus est, quae tamen bona idem episcopus sua postmodum industria reparavit, hoc praesenti capitulo petente ipso adiciendum duximus, ut Baiocensis ecclesiae bona ita semper inconcussa debeant stabilitate servari, sicut illius captionis tempore fuisse noscuntur. Quicquid etiam dilectus filius noster Robertus, comes, supradicti regis filius, de suo jure Baiocensi ecclesiae contulit, integrum perpetuo et illibatum manere

censemus. Si qua vero in posterum persona, decreti hujus tenore agnito, contra eum ire temptaverit, nisi post admonicionem canonicam congrue emendaverit, canonicæ sententiæ, et districti anathematis ultione plectatur. Data apud Silviniacum per manum Johannis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis ac bibliothecarii, indictione tertia, quinto idus novembris, anno dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo sexto, pontificatus autem domni Urbani secundi, papæ, octavo.